



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De Officio Collateralis, & Custodis Carceris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

DE OFFICIQ COLLATERALIS,
& Custodis Carceris.

Collateralis, & carcerum custos, officium iniunctum non exerceant, nisi prius iuramentum ad formam præscriptam præstiterint.

Collateralis neminem capiat sine mandato in scriptis habito à Vicariis, nisi deprehenderit aliquos in flagranti crimine: quo casu ipso capere possit, & ad presentiam Iudicis deducere: & ad huiusmodi effectum detur mandatum generale ipsi collaterali seu satellitibus, capie di quoscunq; in flagrati criminis reperitos; & præsertim concubinarios cum cōcubina repertos.

Et ubi haberit mandatū capiendi personas, nihil de bonis audeat auferre, sub pœna furti, & concussionis; nisi à presbyteris, vel clericis deprehensis deferentibus res prohibitas, vel arma: que auferre sibi liceat, & depositario consignare, ad præscriptum Conc. Prou.

In ipsa verò capture nemini iniuriam inferat, nec verberet; nisi de fœtione sue causa, vel aliâs resistentes, & vim facientes, & se opposentes ne capiantur, & ex eo vim inferre volentes.

Ductum ad carcères, antequam illum in secretis reponat, ab eo auferat que cūq; apud ipsum reperta, quibus scipsum offendere, aut aliâs q'ibus tentare possit fugam arripare.

Pecuniae item quæcunq;, & quales, ac reliquæ res carceratis ablatae, ipso reo præsente describantur in libro, ac consignetur depositario fori; & cùm è carcerebus reum ipsum relaxari contigerit, eidem reo restituuntur, que de iure restitui debent; nec aliquid de his pro rursus apud se retineat.

Captos pro iudiciis, ponat semper in secretis, quamuis etiam illi mandato id expressè non continetur.

Denuncietq; omnes statim, cùm eos in carcere detruserit, Vicario in Criminalibus.

Custodis cura sit, ut carcerati omnes qui in custodia publica retinentur, cùm Missæ sacrum sit in carcerum facello intersint Missæ iis exceptis, qui de criminis heresis inquisiti fuerint; quos sine expresso consensu Vicarii generalis non

conducat; illosq; quantum fieri potest, ab aliis sciūctos ac segregatos retineat. Si in aliquo creditor remanserit ipius carcerati, facto prius calculo cum interuentu Procuratoris pauperum, de rebus carcerati à Depositario eisdē satiat. Nè liceat sibi ullam rem in solutu ab ipso reo accipere, nisi ex decreto, & auctoritate Vicarii criminalis: qui Vicarius res ipsas in solutum dandas à peritis personis estimari faciat; data etiam facultate ipsi carcerato, p' eodē pretio in frā aliquod tēpus arbitrio suo recuperandi. Satellites non retineat, nisi quos noverit in huiusmodi officio & exercitio aptos, nec solitos extorsiones facere; sciisque pro ipsis satellitibus, si quid in exercitio suo admiserint, teneri ad omne dānum parti, vel ipsis in carcerebus præsentandum.

Nullum genus muneric neq; esculenti, neq; poculenti, neque ipse, neq; Satellites à carceratis; etiam prætextu cuiuscunq; seruitij eis præstiti vel facti, etiā si sponte oblatum, fuerit, accipere sub pœna fūtigationis, & etiam triremium, qualitate causa & personæ pensatis, vt Iudici vīsum fuerit audeat, siue præsumat, etiam postquam à carcere quis liberatus vel relaxatus fuerit.

Neque etiam ab aliquo alio qui in carcerebus emancipatus fuerit, sit, seu emancipari possit, seu aliorū carceratorū intuitu nomineve, sub eisdē penitus vtsupra.

Nulla literas, neq; nuncium ad carceratos in secretis existentes, neq; etiam ad alios, si sit id eis prohibitum; neque ab ipsis carceratis ad alios, sub eisdē penitus deferat, neque deferri permittat.

In casibus in quibus permititur, diligenter inquirat, ne in illis, aut cū illis (præsertim ad existentes in secretis) transmissis quidquam reconditum sit, per quod ipse carceratus de aliquo moneat; illudq; repertū statim Vicario deferat. Nè autem à carceratorum, qui in secretis retinentur, agnatis, amicis, alijs ve ipsorum cura habetibus prouisionē aliquā accipiat; sed ex cōmuni prouisione, sine fraude aliqua, ad præscriptum subministret: ijs verò qui in publica custodia positi sunt, omne id quod ab eorum agnatis cognatisve ut suprà offertur ipsis

Ff 3 traden-

tradendum, sine aliqua diminutione si-
deliter tradat.

Cæreres ipsos tam in die, quam in no-
te visitet; & diligenter inspiciat, ne ca-
erati inde fugam arripiere queant; ni-
hilq; in ipsis carceribus dimittat, per
quod carcerati ipsi aliquid moliri pos-
sint ad fugam arripiendam.

Singulis diebus vesperi ingrediatur sin-
gulos carceres; in hisq; diligenter in-
quirat, an ibidem tale sit, vel esse possit,
quo ad effectum prædictum ipsi carcera-
ti vti possint.

Sciatq; si ab ipsis carceribus culpa sua
& negligentia aliquis carceratus fugam
arripiuerit, se grauissime puniri debere.
Seruet deniq; taxam, quam in tabella
præscriptimus seruandā ab ipso; nec ma-
iore rem accipiat, etiam à spōte dantibus,
sūb pœna duplī; ac aliās pro ratione cul-
pę grauiter arbitrio Reuerēdīs. Archi-
episcopi, seu Vicarij generalis puniet.

DE OFFICIO NVNCIATORVM, seu seruitorum Fori.

SINT plures Nuncij in foro Archi-
episcopali ab Archiepiscopo proba-
ti, q; iniunctū officiū fideliter exerceant.
Curent omni sollicitudine, & fidelitate
relations quacunq; in termino citatio-
nis in officio Cancellariæ causarum a-
ctorijs facere: quod si neglexerint, pœ-
na etiam priuationis ab officio, arbitrio
Vicarij generalis mulctentur.

Maneant loco certo penes audientiam
diebus iuridicis tempore audientiæ per
mediam horam antea, pro recipiendis
citationibus, expeditionibusve, ac rela-
tionibus in termino præfixo faciendis.
Caveant tamen, vt si quando aliquis eo
rum à Ciuitate discedere contigerit, ci-
tationum executarū ante discessum rela-
tions faciat; aliās verò socio in officio
exeundas relinquant sub eadē pœna.
Habent librum, in quo si contigerit ali-
quē verbotenus citari, scribant diem, &
pro qua die citauerint, si scribere sciue-
rint; sīnautem non, sicut in Cancellaria
referant actuario citationem ipsam
quam fecerint.

In citationibus verò quas in scriptis fa-
ciunt, modū in eis præscriptū diligēter
obseruent, nihilq; de eo prætermittant.

Animaduertatq; ne citationes, vel res-
nitoria, in quibus sit clausula; Quod si
commode in personam exequi nequeat,
sunt executio ad domum, vel ad valvas;
exequantur per affixionem, nisi prius fa-
cta diligentia, de reperiendo personali-
ter citandum, & eo non reperto.

DE OFFICIO DEPOSITARII in mulctis, & pœnis, & causis fori Archiepiscopalis.

SInt deputati in Ciuitate tres Depo-
sitarij honestę & probatę vitezvnuſ,
apud quem deponantur pecunie ſolu-
dæ ex cauſa mulctarum & pœnarum, qui
eas diſtribuant iuxta præſcriptam appli-
cationem Reuerēdīs. Archiepiscopi.
Alter item, apud quem deponita quæcū-
que pecuniaria, quæ cauſarum ciuilium,
vel mixtarum occaſione, Iudicis manda-
to, vel ex voluntate partium quomodo-
libet fieri continget.

Tertius denique, apud quem deponan-
tur omnes, & quæcunque res auferendę,
tam occaſione cauſarum ciuilium, quam
criminalium, & mixtarum, aut alijs quo
modolibet ad finem ſubhaftandi, vt in
cauſa in quo diſtribui poſſint, pijs locis
ut ſupra diſtribuantur, vel parti reſiliā-
tur, vt iuriſ fuerit: & vbi continget ali-
quid ex dictis rebus ſubhaftari occaſio-
ne pœnę vel mulctę, pretium habitum
ex dicta ſubhaftatione integrum conſi-
gnat alteri Depoſitario.

Nē iij Depoſitarij de familia Archiepi-
scopi ſint; ſed vt cōuenientius eſt, ſint ex-
tra familiā honestę vitę; & vbi commo-
de poſſit mulctatum & pecuniarum quo
modocunq; depoſitarij loco, ſit xdes ſa-
cra aliqua, ecclēſia ſcilicet, locusve pius
Archiepiscopi iudicio ſemper ad libitū
eligidus, eiusve ſacrifa, vel alijs mini-
ſter eiusmodi.

Iudem Depoſitarij præſtent iuramentū
ad præſcriptam formam, anteaquam
exerceant prædictum officium.

Habent ſuum quiq; librum, in quo ſcri-
bant recepta, & data.

eori libri ſint chartulati, & signati ma-
nu Iudicis in principio.

Singulis verò mensibus, vel ſepiuſ, pro-
ut viſum fuerit Reuerēdīs. Archiepi-
scopo, Cancellarius librum deferat ei-
dem